

ralibus, iuxta exigentiam sua possibiliatis ac status. Secundo. Debere parentes filii suis informationem salutarem in moribus atque virtutibus, & ceteris; ut nihil eorum ignorent, quae secundum processum etatis sunt impletarentur. Tertio. Pueris suis debere parentes correptionem & correctionem dum peccant, dum enim sunt minoris etatis non solum verbis sunt corripiendi, sed & verberibus corrigitur. Ex sermonib. de temp. a fol. 47. pag. 2. ad fol. 48. pag. 2.

Eiusdem sermo 2. quo videtur quid debeant filii parentibus, debent igitur, I. Obedientiam in licetis ac honestis quae complacat Deo, & amorem tam naturalem quam spiritualem. II. Gratiitudinem ut recognoscant quanta ab iis sunt sortiti, & sicut in eis gratia pro posse, quia plene regratia non valent. III. Vicissitudinem, id est, beneficiorum compensationem pro viribus. IV. Reverentiam in assurgendo & ex animo honorando, tanquam principium existentie sua. V. Obedientiam in his quas ad paternam auctoritatem, & presidentiam spectant. In sermonib. de temp. a fol. 48. pag. 2. ad fol. 49. pag. 1.

Idem. 3. sermone ad obedientiam superioribus exhibendam nos inducere conatur his rationibus. 1. Quia ad obedientium scriptura noui ac veteris testamenti nos frequenterhortatur. 2. Obedientiam scriptura summè laudat, inobedientiam vituperat. 3. exemplo irrationalium creaturarum & inanimatearum ad obedientium monemus. 4. Ad creatoris imperium die ac nocte cœlestia corpora mouentur. 5. exempla obedientia Deus electis proponit. 6. Inobedientiam Deus multipliciter & severè legitur puniuisse. 7. Non solum prælati virtuosis, sed & impiis præcipit scriptura. 8. Per obedientiam efficitur homo non solum seruus sed amicus & filius Dei, immo omni genere attinetia attinens Christo. in sermonib. de temp. a fol. 49. pag. 1. ad fol. 50. pag. 1.

Io A.N. GERSONII sermo in Euangeliū coniugatos docens modum recte viuendi in matrimonio. I. Duodeci-

Ac si excellentias matrimonium corbantes enumerat, quæ ad annos duodecim, quos natus erat Iesus quando se subiecit matrimonio. (Et era: subditus illis.) referuntur. II. Tres conditiones norantur, quas habere debent maritus & vxor in statu matrimonij, scilicet, si dem Deo, fide in sibi ipsis, fidem progeniei sive vel Deo obedientiam, sibi ipsis fidelitatem, filiis disciplinam: vel religionem erga Deum, amorem mutuum erga seiplos, vigiliam & solitudinem erga prolem; que tres conditiones tribus bonis matrimonij correspondent, sacramento, fidelitati & proli, faciuntque tripartitam coniunctionem, in I. parte agit de fide & religione quam debent habere erga Deum vxorati, in II. de fidelitate mutua, in III. de vigilancia & custodia respectu filiorum; & hæc omnia (quod valde notandum) ex Euangelio hodierno desumuntur, exemploque Mariae & Joseph comprobantur. III. varias rationes, de pluralitate vxorum prohibita, viduitate conseruanda & de calibatu sacerdotum nouæ legis, profert in medium. Tom. 2. part. 4. a col. 353. ad col. 362.

* IOANNIS THAVERI sermo unicus in Euangelium diei Luc. 2. Docet I. Praeclarissimam filij Dei in animanitatem inuenire volenti, cunctos homines esse deserendos, & ad originem animæ redendum: etiam operationibus facultatum transgressis. Vbi multa subtilissime proponit. II. Quo signo peractum esse in anima nativitatem hanc possimus dignoscere. III. Num ei in quo peracta est eiusmodi nativitas, pœnitentia actibus infundendum sit. a pag. 84. v/que ad 89.

* GVILLEMI PARISIENSIS sermo. in Epist. Qiam mysticè per currentes inter plura quæ examinat: dicit mortuam hostiam offerre, eos qui sine charitate carnem suam macerant; quia sancti Iacobum vadunt vel Romanum, iniuriā non pacificantes; qui pœnitentia in mortali peccato agunt; claustrales, qui corpora habent in claustro, corda in mundo, &c. a pag. 30. ad pag. 31.